BRANI PER SIMULAZIONE

CERTAMEN MUTYCENSE

EDITIO XIII

“LA CULTURA DEL CIBO”

SEZIONE 2: SENIORES

Schiavi del ventre

Queror, litigo, irascor. Etiamnunc optas quod tibi optavit nutrix tua aut paedagogus aut mater? Nondum intellegis quantum mali optaverint? O quam inimica nobis sunt vota nostrorum! Eo quidem inimiciora quo cessere felicius. Iam non admiror si omnia nos a prima pueritia mala sequuntur: inter exsecrationes parentum crevimus. Exaudiant di quandoque nostram pro nobis vocem gratuitam. Quousque poscemus aliquid deos?	*Protesto, litigo, sono adirato. Alla tua età desideri ancora quelle cose che ti augurano la nutrice, il pedagogo e tua madre? Non hai ancora capito che hanno desiderato il tuo male? Come ci sono dannosi i voti dei nostri cari! Ci sono tanto più dannosi quanto più felice è stato il loro compimento. Ormai non mi meraviglio più se tutti i mali ci perseguitano fin dalla prima infanzia: siamo cresciuti tra le maledizioni dei parenti. Possano gli dèi ascoltare un giorno o l’altro la mia preghiera disinteressata. Fino a quando chiederemo agli dèi un aiuto?*

[Quasi] ita nondum ipsi alere nos possumus? Quamdiu sationibus implebimus magnarum urbium campos? Quamdiu nobis populus metet? Quamdiu unius mensae instrumentum multa navigia et quidem non ex uno mari subvehent? Taurus paucissimorum iugerum pascuo impletur; una silva elephantis pluribus sufficit: homo et terra et mari pascitur. Quid ergo? Tam insatiabilem nobis natura alvum dedit, cum tam modica corpora dedisset, ut vastissimorum edacissimorumque animalium aviditatem vinceremus? Minime; quantulum est enim quod naturae datur! Parvo illa dimittitur: non fames nobis ventris nostri magno constat sed ambitio. Hos itaque, ut ait Sallustius, "ventri oboedientes" animalium loco numeremus, non hominum, quosdam vero ne animalium quidem, sed mortuorum. Vivit is qui multis usui est, vivit is qui se utitur; qui vero latitant et torpent sic in domo sunt quomodo in conditivo.

Horum licet in limine ipso nomen marmori inscribas: mortem suam antecesserunt. Vale.	*Nel marmo della soglia puoi benissimo incidere il loro nome. Essi hanno anticipato la loro morte. Addio.*

Seneca, Ep. mor. ad Luc., LX

1. Tradurre il brano tenendo conto dell’ante-testo e del post-testo
2. Analizzare il brano dal punto di vista stilistico-retorico
3. Le riflessioni di Seneca procedono spesso per antitesi. Nella frase “non fames nobis ventris nostri magno constat sed ambitio” il filosofo oppone il termine “fames” ad “ambitio”. Partendo dal concetto di “fames” e dal campo semantico ad esso ricollegabile nel brano, estendi le riflessioni di Seneca sulla natura dell’uomo.

Una portata davvero singolare

Sequebatur puer cum tabula terebinthina et crystallinis tesseris, notavique rem omnium delicatissimam. Pro calculis enim albis ac nigras aureos argenteosque habebat denarios.	*Lo (= Trimalchione) seguiva infatti un valletto con una tavola di terebinto e dei dadi di cristallo. Notai una gran raffinatezza: le pedine bianche e nere erano sostituite da monete d'oro e d'argento.*

Interim dum ille omnium textorum dicta inter lusum consumit, gustantibus adhuc nobis repositorium allatum est cum corbe, in quo gallina erat lignea patentibus in orbem alis, quales esse solent quae incubant ova. Accessere continuo duo servi et symphonia strepente scrutari paleam coeperunt, erutaque subinde pavonina ova divisere convivis. Convertit ad hanc scenam Trimalchio vultum et: "Amici, ait, pavonis ova gallinae iussi supponi. Et mehercules timeo ne iam concepti sint. Temptemus tamen, si adhuc sorbilia sunt." Accipimus nos cochlearia non minus selibras pendentia, ovaque ex farina pingui figurata pertundimus. Ego quidem paene proieci partem meam, nam videbatur mihi iam in pullum coisse. Deinde ut audivi veterem convivam: "Hic nescio quid boni debet esse", persecutus putamen manu, pinguissimam ficedulam inveni piperato vitello circumdatam.

Iam Trimalchio eadem omnia lusu intermisso poposcerat feceratque potestatem clara voce, si quis nostrum iterum vellet mulsum sumere, cum subito signum symphonia datur et gustatoria pariter a choro cantante rapiuntur.	*Trimalchione, smesso il gioco, si era fatto servire le stesse cose, dando libertà a chi ne avesse voglia di mescersi vino mielato. L'orchestra diede un segnale e i servi portarono via gli antipasti cantando.*

Petron. 33, 3-7

1. Tradurre il brano tenendo conto dell'ante-testo e del post-testo
2. Analizzare il brano dal punto di vista stilistico-retorico
3. La "cena Trimalchionis" è uno dei passi più celebri della letteratura latina. Nel brano in questione viene descritta la "gustatio" ovvero l'antipasto. Descrivi la singolarità della portata in relazione allo stupore dei convitati.[1]

[1] Per approfondire il tema si consiglia la lettura del capitolo 3 del libro "A cena con Nerone" di S. Stucchi (bibliografia)

Lingue di fenicottero e altre specialità aviarie

In Hercynio Germaniae saltu invisitata genera alitum accepimus, quarum plumae ignium modo conluceant noctibus. In ceteris nihil praeter nobilitatem longinquitate factam memorandum occurrit: phalerides in Seleucia Parthorum et in Asia, aquaticarum laudatissimae, rursus phasianae in Colchis - geminas ex pluma aures submittunt subriguntque -, Numidicae in parte Africae Numidia; omnesque iam in Italia.	*Abbiamo notizie che nella selva Ercinia, in Germania, esistono specie straordinarie di animali alati, le cui piume di notte risplendono come dei fuochi. Negli altri uccelli, a parte la fama dovuta alla lontananza, non si trovano altre caratteristiche degne di essere ricordate. Le faleridi sono i più noti uccelli acquatici in Seleucia, nella regione dei Parti, ed in Asia, come nella Colchide i fagiani - dagli orecchi piumati che abbassano ed alzano -, le faraone in Numidia, regione dell'Africa; tutti già si trovano in Italia.*

Phoenicopteri linguam praecipui saporis esse Apicius docuit, nepotum omnium altissimus gurges. Attagen maxime Ionius celeber et vocalis alias, captus vero obmutescens, quondam existimatus inter raras aves, iam et in Gallia Hispaniaque. Capitur circa Alpes etiam, ubi et phalacrocoraces, avis Baliarium insularum peculiaris, sicut Alpium pyrrhocorax, luteo rostro niger, et praecipua sapore lagopus. Pedes leporino villo nomen hoc dedere cetero candidae, columbarum magnitudine. Non extra terram eam vesci facile, quando nec vita mansuescit et corpus ocissime marcescit. Est et alia nomine eodem, a coturnicibus magnitudine tantum differens, croceo unctu cibis gratissima. Visam in Alpibus ab se peculiarem Aegypti et ibim Egnatius Calvinus praefectus earum prodidit.

Venerunt in Italiam Bedriacensibus bellis civilibus trans Padum et novae aves - ita enim adhuc vocantur -, turdorum specie, paulum infra columbas magnitudine, sapore gratae.	*Arrivarono in Italia, al di là del Po, al tempo delle guerre civili intorno a Bedriaco, i nuovi uccelli - così vengono chiamati ancora oggi -, simili ai tordi all'aspetto, poco inferiori ai piccioni per taglia, buoni di sapore.*

Plin. Nat. X, 133-134

1. Tradurre il brano tenendo conto dell'ante-testo e del post-testo
2. Analizzare il brano dal punto di vista stilistico-retorico
3. Nel decimo libro della Naturalis Historia Plinio parla di uccelli, di alcuni dei quali non manca di apprezzare il sapore e dunque la commestibilità. Dopo aver letto le pagine 44-56 di Mauro Poma (Il cibo dell'impero, vedere bibliografia), fai un breve excursus del consumo dei volatili e in genere della carne da parte dei Romani.